

Alte Drucke

Postillae siue Conciones In Epistolas Et Euangelia quæ ab adventu vsque ad Pascha in Ecclesia legi consueuerunt ...

POSTILLAE || siue Conciones || IN EPISTOLAS ET || Euangelia quæ ab Aduentu vsque ad || Pascha in Ecclesia legi consueue-||runt, authore R. patre D. || Ioanne Fero Conciona-||tore absolutissimo, ...

Wild, Johann

Antverpiae, 1559

Dominica quinta POST EPIPHANIAM EVANGELIUM. MATHEMATICI. XIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150400

POSTILLA F. IOAN. FERI

sibi ipsi splendet, terra nō sibi fructificat, aqua nō sibi fluit.
Imō ne inēbra quidē in humano corpore sibi ipsi seruit,
Sola improba & perniciax voluntas hominis oia inuertit,
nemini largitur, erga neminē officiosa est, nemini nisi sibi
ipsi fauet. Contra verō rapit & cōpilat aliena, in rebus om-
nibus suū emolumētū querit, etiā vbi dei negotiorum geri-
tur. Non ineptē senti, olo fruticī comparari potest, qui nō
seri bonos fructus, sed alias secundas arbores & fructus ip-
sarum præpedit ac suffocat, quin etiā prætereuntū manus
& vestes vellicat lacerat. Ceterū homo bonus fructifera
arbor est, non sibi ipsi tanč inseruit, verum etiā aliis per di-
lectionem, quo rēcūneq; necessitas poscit, & occasio se se of-
fert. Hęc Pauli sententia est in hodierna epistola. Proinde
si euangelī & epistolā iunctim acceperimus, duas res habe-
bimus, quae ad nauiculam pertinent, fidem & charitatem.
Si à fide defeceris, peristi, etiam si corpore in nauicula māse-
ris, id est, in cōmuni ecclesia. Si à charitate recesseris, rursus
Iac. 2. interisti, licet credas autē credere tibi videaris. Fides enim
sine charitate mortua est. Quare hęc duo conianguamus
oportet. Id quod nobis concedat Deus Opt. Max. Amen.

Dominica quinta

POST EPIPHANIAM EVAN-
gelium. Math. XIII.

Simile factum est regnum coelorum homini qui sem-
nauit bonum semen in agro suo: cum autem dormis-
sent homines, venit inimicus eius, & superseminalis
uit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem cre-
gisset herba, & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizanias. Accedentes autem serui patris familiās, dixerunt ei:
Domine, nōnne bonum semen seminasti in agro tuo? unde
ergo habet zizania? Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit.
Serui autem dixerunt ei, Vis imus, & colligimus ea? Ego
aīt, Non, ne forte colligentes zizania, eradicaretis simul et trit-
icum. Sinite utrāque crescere usq; ad messem: & in tem-
pore messis dicam messoribus, Colligite primū zizania,
& alligate ea in fasciculos ad comburendū, triticum autem
congregate in horreum nūcum.

EIVS

EIVSDEM DOMINI-

CAE EPISTOLA S. Pauli, Col. III.

Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, via scere misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes iniucem: & donantes vobismetipſis si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donauit vobis: ita & vos. Super omnia autem hec, charitatem habete, quod est vinculum perfecteionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno corpore, & gratia estote. Verbum Christi habitet in vobis abundantius, in omni sapientia, doctentes & commentantes vosmetipſos, in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi, gratias egentes Deo & Patri per ipsum.

PRIMVS SERMO

Docet omnem zizaniam & mala ex malitia Sathanae & negligenter hominum nasci.

Nodierno euangelio prodit Christus verum authorē & causam omnium malorum quibus mādus hic scatet. Excipit primum Deū, ut in quē nullius mali cadit suspicio. Sed malignum spiritū suo nomine appellat, tanquā verum omnium malorum aus�orem, ita tamen, vt in nos homines maximam culpam transferat. Quæ tria oppidō quād diligenter obseruanda sunt. Etenim inmundus longe aliter censet & iudicat. Maxima pars in deum stomachantur rebus finis sive cadentibus, & si quid delinquent, aut acerbi quid exprimitur, aiunt ut nonnulli illud dictū in Job interpretantur. Peccavi, quid faciat tibi, & custos hominū quare posuisti me Job. 7. contrarium tibi, & factus sum mihi met ipsi grauis? Cur non tollis peccatum meū, & quare non auferis iniuriam meam, &c. Alius malū et zizaniū, quod in nobis aut circa nos deprehēditmus, Satanae quidē acceptū fert, ceteri non agnoscit suo id virtio fieri, sed locū dare inimico, qui hotū nihil posset, si excubias ageret. Quare plurimum refert nos hæc tria notare, quō Deo suus honos vindicetur, malitia vero inimicū digne-

POSTILLA F. IOAN. FERI

dignoscatur, & nos ipsi hoc circumspectiores fiamus.

Primo namque certum est, Deum nil nisi bonum semem minare. Id quod sacra scriptura non hic solummodo, ve:

Gen. 12. rumetiam alii in locis dicit, ut in libro Genesio. Vidit

Sap. 1. Deus cuncta quae fecerat, & erant valde bona. Porro neque

z. Ioam. 1. peccatum neque mortem creauit, multo minus mendacium &

errores. Lux est, & tenebrae in eo non sunt illae. Contra au-

tem Christus palam dicit, inimicum omne lolium & mala

sparsisse in terris, nec supprimit illius nomen, ait Satanam

Mat. 13. esse. Et scriptura quoque alii in locis dicit, ex luore & inui-

Sap. 1. dia Satanæ mortem in terras & in humanum genus veni-

Ioan. 8. se. Iridem Christus vocat eum latronem, homicidam & la-

nionem hominum iam inde ab initio, ait eum non modò

in seipso mendacem esse, & in veritate nō perfidis, sed pa-

trem quoque esse mendaci. Atque hoc zizaniū est, nimi-

rum mendacium, error, peccatum, mors & deinceps omne

malum tam hic quam illuc, tam temporaliter, quia spirituali-

ter & eternaliter. Hæc omnia ex odio & inuidia diaboli

pullulant, hæc capitalis nostri hostis opera sunt & machi-

nations, Id quod nō difficulter exemplis probari potest.

Gen. 2. Simul atque Deus hominem creasset omnium nobilissi-

me, dedit illi, nimirum homini verbum suum, quo bonum

non modò quod iam acceperat tueri posset, verum etiam

Gen. 3. æternum adipisci. Cæterum venit inimicus, zizaniū in-

spergit, aliud verbum homini suggesterit, per quod primum in

dubium prolabeatur, Deo ne potius fides habenda esset,

an diabolo. Ex hoc dubio incidit postea in inobedientiam

& peccatum, de peccato in mortem, & omnifarias corpora-

les miserias, ærumnas & incommoda, & ex his denique in

sempiternam damnationem. Hoc fecit satanas, hoc erat pri-

mus zizaniū, quod admiscebatur feminato tritico. Post ho-

minis lapsum Deus rursus bonū semen iaciebat, Christum

videlicet hominibus promittens ex muliere nasciturum et

conculcaturum caput Tartarei serpentis subleuatorumque

mortale genus, hunc homines expectare debabant. Verum

inimicus tot erroribus & idololatriis syncerum triticum

inficit, ut fides in véturum Christum vix in paucis residui

maneret, imò in familia Abrahæ duntaxat. In cæteris pro-

missio omnino in obliuionem veniebat, cōtra autem om-

nigena mendacia, prestigia, errores & idola recipiebantur.

Per Mosen Deus iterum seminabat bonum semen, populo

Istrælitico dabat legem suam ac precepta magna cum mira-

culturum

culorum autoritate, ipse præcepta sua annuntiabat illis
in monte Sinai, literis quoque suum verbum comprehen-
di per Mosen curabat, quo minus vitari posset, imo suo
ipsius digito præcepta sua illis in saxeis tabulis præscribe-
bat. Quid autem zizaniorum inimicus cum per se, tum per
suos insperferit, nemini non perspicuum esse potest, qui hi-
storiam veteris testamenti euoluit. Quin Moses non am-
plius triginta diebus à populo aberat, & tamen inimicus
inter eos tantum zizaniorum excitauerat, ut vitulo ex au-
to fuso cultum deo debitum exhiberent. Postea quoties-
cumque Deus purum sui verbi semen per sanctissimos Pro-
phetas ac patres renouari curabat, ut per Samuelem, Davi-
dem, Heliam, Ezechiam, Iosiam, & alios, illico aderat inimic-
cus & denuo pestiferum suum zizanium, errores & idolo-
latrias interferebat.

CHRISTVS filius dei & ipsa veritas in propria etiā persona seminabat optimum & selectissimum semen sui euān-
geliū. Sed hostis non diu cunctabatur, si non poterat bo-
num semen impidere & funditus perdere, suum tamen se-
minabat semen, hoc est, nihil non noxiū, videlicet primò
errorem & mendacium, deinde quoque sectas & schismata.
Tertiò superbiam, mundi amorem & fastum, avaritiam,
& carnis cupiditates & omnigena peccata. Quartò bella,
seditiones, inimicitias, cædes, hominumq; strages. Hæc om-
nia facit inimicus. Sed tamen additum est: Cū dormi-
rent homines. Quo verbo CHRISTVS in nos solos rei-
cit culpam & omnem culpam, quod diabolus tantum in
terris posset. Et certè inficiari non possumus. Si Adam vigi-
lasset, verboq; quod illi dabat deus fortiter innixus fuisset,
nihil impostor ille nequissimus egisset. Si sacerdotes & Le-
uite in veteri testamento non dormitassent, improbus hu-
mani generis infectator tantum turbarum excitare nō po-
tuisset inter populum. Sanè scripture pastoribus & Antisti-
tibus maximā culpæ patrem impingit, ut præcipue videre
est in Ezechiele. Si pastores nostri ac duces, qui antiquitus
ecclesiam & certum fidelium gubernarunt, aut saltem gu-
bernatorum nomen habuerunt non dormitassent, sed ad-
vigilasset, & munere suo fuissent gnauiter functi, non fu-
isset virium diaboli, tot errores, hereses, sectas, dissensiones,
abusus, superstitiones, idololatrias, peccata, flagitia, offendī
cula, bella, seditiones, &c. gignere.

Exo. 20.

Exo. 32.

Ezec. 34.

NN

Quid

POSTILLA F. IOAN. FERI

Quid autem de illis tantum dico? Si quilibet pater familiæ domi suæ excubaret & solerter attenderet, quin etiam unusquisque pro se, haudquam tantum zizaniorum in nostris liberis ac familia, in nobis etiam ipsis deprehensuri essemus. Quare non est quod Deum incusemus, quod tantum in terris malorum cōspicimus. Omnia enim optimè fecit & creavit: nec propterea diabolo succentere debemus, nam facit sicut fert illius indoles, & nos satis sumus pergit admoniti sumus, nec ignoramus cogitatione eius.

2. Cor. 2. Petrus nobis omnibus acclamat, Sobrii estote & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide,

x. Pet. 5. Paulus nobis omnibus acclamat, ut induamur armaturam dei: ut possimus stare aduersus insidias diaboli, quoniam non est nobis collectatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiaz, in celis, &c.

Quinimo uerque illorum, Petrus & Paulus zizanium nobis expresserunt, quod malevolus spiritus bono semini admixturus esset. Hoc scientes, inquit Petrus, quod venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias conscientias ambulantes, dicentes, ubi est promissio aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia fieri perseverant ab initio creature, latet enim eos hoc volentes, &c. Et rursus: Erunt in vobis magistri mendacii, qui in-

2. Pet. 2. ducent sectas perditionis, & eum qui emit eos, dum negligant: superducentes sibi celerem perditionem: per eos via veritatis blasphemabitur: & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur, &c.

Act. 10. Et Paulus istiusmodi loqui nobis prædictit, Ego, inquit, scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Propter quod vigilate, attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo, &c. Item: Hoc scito, inquit, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemanti, parentibus non obedientes, &c. Hos deuita. Tu vero permane in iis qua didicisti & credita sunt tibi, sciens a quo didicisti. Vide, ad hunc modum hi duo Apostoli zizarium nobis depinxerunt, quod aduersarius noster super bonum semen spar-

sparsurus erat. Iridem fecerunt alii Apostoli, ut præcipue in epistolis Iohannis videre licet. Fecit hoc ipsum Christus: Si mon, Simon, inquit, ecce Saranas experiuist vos, ut cibras ret sicur triticum, &c.

*1. Ioann. 2.
Luc. 22.*

Quum itaque tam multifariam admóniti simus, & clare nobis prædictum sit, quid euenterum esset, non est, cur diabolo indignemur, si omne infortunium & malum patrat. Nosipsi incusandi sumus, quod nocentissimo spiritui locum demus ad perturbandum omnia. C H R I S T V S in nullum alium, quam in nos & inertiam nostram transfert culpam. An non res terribilis est, præsertim omnibus pasto ribus, primatibus & patribus familiis, quod in extremo iudicio accusandi sunt tāquam si quorum culpa omne istud zizaniū ac malum emerget, quod modo in ecclesia densum apparet, sive doctrinā & diuinum cultum, sive vitam respicias. Si C H R I S T V S sanctis suis angelis hoc negotii Māt. 13. vult dare in extremo die ut omne zizaniū reuelant & in ignem mittant, quæ ergo aduersus illos feretur sententia, qui nō modo ipsi merum zizaniū sunt, verum etiam occasionem præbent, quod tantum zizaniorum indies magis ac magis gignatur et succrescat in sancta ecclesia & christianitate? Non incongruē itaq; hodierno euangelio acriis & seuera ex diuo Paulo assignata est epistola: Fratres, inquit, induite vos sicut electi dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, patientiam, &c. Super omnia hec charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris, &c. Et infra: Verbum Christi habitat in vobis abundantiter, &c. Ex his verbis nō obscurum est, summam vigilantiā nobis iniunctam esse. Paulus nominat verbum dei, quo doceamus & cōmoneamur nos in iurē, nominat pacem Christi, quæ exultet in nobis & victoriam obtineat, nominat charitatem, qua multis officiis alter alteri seruat. Atqui haec omnia talia sunt, quibus diaboli conatus præpeditur & omnis malitia frangitur. Hac homini christiano animo voluenda sunt.

Det nobis Deus Opt. Max. suam gratiam, ut nos bonum semen, quod cordibus nostris semel credidit, syncerum & incorruptum conservem, seruare queamus ad finem usque, Amen.

NN 2 SE:

POSTILLA F. IOAN. FERI
SECUNDVS SERMO

Docet, quid facere debeamus apparente in ecclesia zicano.

Vtile profecto & magnopere necessarium esset ab omnibus christianis hominibus euangelium hodiernum summa cum diligentia excusi & confiderari. In hac enim vnicâ parabola seu similitudine nobis Christus non solù prædictit, quod nunc patimur, verum etiā egregie adumbravit omnem statum, historiam sanctæ christianæ ecclesiæ, initium, progressum & finem, qualis ab exordio fuerit, qualis nunc sit, & qualis sub finem futura sit. Deus per Christum in mundo seminarat bonū: men euangelicā doctrinā, ynde fructus vberrimus & optimus sperari posset, tam temporalis & æternus, quemadmodum ad mulierem Samaritanā dicit: Aqua quam ego dabo bibituro, fiet in eo fons aquæ salientis in vitâ æternam. Hoc erat sancte christianitatis auspiciū, nimirū euagelica doctrina, quam Christus prius ipse inter Iudeos, deinde vero per suos Apostolos etiā inter Gentes prædictauit: Annuntiavitq; At mox in somnum homines declinare incipiebant maxime pastores: hic erat progressus ecclesiæ & christianitatis, incipiēs statim ab Apostolorū temporibus,

Learn.4.

Apoc. 2.

Apoc. 3.

Ibidem.

Imò superst̄tibus adhuc Apostolis incipiebat adeo cras-
se dormire, vt eos palam arguere Ioannes cogeretur, vt vi-
2. dere est in Apocalypsi, vbi nonnulli actiter ob istiusmodi
sociordiam taxantur. Ad vnum Deus seu spiritus dei dicit:
Scio opera tua & laborem & patientiam tuam, &c. Sed ha-
beo aduersum te paucā, quod charitatem tuam primam re-
liquisti. Memor esto itaque vnde excideris. & age peniten-
tiā & prima opera fac, si autē venio tibi & mouebo can-
3. delabrum tuum de loco suo, &c. Ad alterum dicit spiritus
dei: Scio opera tua, quia nomen habes quod viuas, & mor-
tuus es. Esto vigilans, & confirma cætera quæ moritura
erant. Non enim inuenio opera tua plena coram deo meo.
In mēte ergo habe, qualiter acceperis & audieris, & serua,
& penitentiam age. Si ergo non vigilaueris, veniant ad te
tanquam fur, & necies quia hora veniam ad te. Tertius ni-
2. hi lohi audit melius, Sic enim ait ad eū spiritus dei: Scio ope-
ra tua, quia neque frigidus es, neque calidus. Vt enim frigida-
2. dus essem, aut calidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus
2. nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis:

Quod

Quod diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis
quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nu-
dus, &c.

Vide adeò maturè inauspicatus somnus cepit, etiam in
terris adhuc agètibus Apostolis. Cum autem Apostoli iam
ad superos emigrarent, ad somnum torpor & stupor planè
quidam accessit. Imò tum prorsus fiebat quod scriptura de
Islaélitis refert: Seruuit populus domino cunctis diebus
Iudi. 2.
Iosue, & seniorum, qui longo post eum vixerunt tempore,
& nouerant omnia opera domini, quæ fecerat cum Israel.
Illi autem mortuis surrexerunt alii, qui nō nouerunt do-
minus, & opera quæ fecerat cum Israel. Feceruntq; filii Is-
rael malum in conspectu domini, &c. Idem omnino post
Apostolorum tempora accidit, vt in multis hominibus spi-
ritus langueret, somnus vero & ignavia robur acquireret,
id quod omnes historiæ testarum faciunt. Hoc plus occasio-
nis, opportunitatis & loci inimicus habuit zizaniū suum
in ecclesiam, & christianitatem spargendi. Primo omnifac-
tios errores & hæreses. Secundo varias superstitiones &
abusus. Tertio omnigena peccata, flagitia, turpitudinem,
contumaciam, leuitatem ac procaciam, &c. Postremo no-
stris hisce temporibus, quum pastores & antistites nostri
nondum vellent exercefieri, sevit quoque inter nos chri-
stianos varias rixas, dissidia, suspitiones, inimicitias, inui-
diā, odium, bella, & discordias. Hoc illud zizantium est,
semī quod Christus seminauit planè dissimile. Sed hoc
habet inimicus, ita consuevit, hostis est, aliud melius non
est quod ab illo expectemus. Non ignoramus, inquit Pau-
lus, cogitationes eius. Imò scire nos conueniebat & exitia-
bilem somnum longe à nobis arcere.

Mirum sanè non est nauciculam venti impetu subverti
naucero dormiente. Mirum non est hostes potiri vrbe ex-
cubitoribus sterentibus. Mirum non est lupum grassari
inter oves, pastoribus suauiter cubantibus. Somnus & in-
ertia parum frugifera sunt etiam in extrariis rebus, vt ait
Salomon: Per agrum hominis pigri transi: & ecce totum *Pro. 24.*
operuerant spinae. Et rursus: Egistatem operata est manus *Pro. 10.*
remissa. Item: Usquequo dormies piger? Paululum dormi- *Pro. 6.*
es, paululum conferes manus tuas vt dormias: & ve-
net tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus *“*
In rebus spiritualibus plus etiam mali conciliat somnolen- *“*
tia, & ob hoc Christus nos s̄pē ad vigilatiā adhortatur. *“*

NN 3. Vigi:

POSTILLA F. IOAN. FERI

Mat. 20 Vigilate & orate, inquit, ut nō intretis in tentationē. Quia etiam beatos illos seruos vocat, quos ipsorū dominus vigilans semper & paratos inuenit. Magna quoq; cura sanctissimi Apostoli vndiquaq; nos stimulant, monēt & hortātur ne pestifero somno vsquam vincamur. Sobrii estote, inquit.

2. Pet. 5. Petrus, & vigilate: quia aduerterius vester nō ociatur. Et Paulus: Hora est iā nos de somno surgere. Nunc enim prior est nostra salus, q; cum credidimus. Itē: Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus. Rursum: Nō dormiamus sicut & ceteri: sed vigilemus & sobrii sumus. Somnus, inquam, & socordia ad nihil conferunt sive in temporalibus sive in spiritualibus rebus.

Tum autem sine ingenti damno & periculo non abit, quādo pastores, naucleri & custodes dormitāt. Talis enim somnus nō modo iis ipsis pernitiosus & letalis est, verum: etiam aliis. At verò Deus dicit ad Ezechielern omnesq; altos Propheras: Tu fili hominis, speculatorē dedi te, &c. Idem Christus ad Petrum illiusq; similes ait: Pasce oves meas. Quod si igitur Apostoli & Prophetæ, sacerdotes & ecclesiæ ministri sunt pastores & speculatores atq; etiā gubernatores nauiculae, sanctæ christianitatis, profecto illorum quoque somnus & periculosior & pernitiosior est, q; aliorum hominum, siquidem non ipsi soli, sed vniuersa ecclesia facturam patitur. Contra autem nunquam melius ecclesiæ & christianitati prospectum est, q; cum illius pastores, illius speculatores gubernatoresq; vigilant, attendunt & omnina suspecta habent, & quemadmodū illorum somnus facit, ut diabolus priores partes ferat, ita vicissim eorum vigilantia omne illius studium retardatur. Proinde nunquam christianæ ecclesiæ tanto exitio esse potuisse, si pastores ac proceres non dormiuissent, sed fideliter excubassent. In illis culpe est maxima. Et quomodo coram summo & acerbi mo iudice excusaturi sunt, quod tot animarum millia ipsorum vitio tam turpiter percant, quas Christus incomparabilis sui sanguinis prelio redemit? Et q; soli in causa sint, quod diabolus rātum turbarum in ecclesia excitari! Age, iam damnum acceptum est, videmus omnia in agro rizaniis esse repleta, ecclesiam scatere erroribus, peccatis & discordis. Doctrina diluta & adulterata est, vita conspurcata est & dissoluta, pax & concordia dirempta. Væ illis omnibus, quorum id vitio fit.

Quid autem faciat homo christianus? Primum dicere debet

debemus. Domine nonne bonum semen seminasti in agro Mat. 13:2
 tuo? Vnde ergo habet zizania? Hoc est, admirari debemus,
 vnde nam tanta maiorum lues in ecclesiam & orbem Christianum fluxerit. Deprehendemus nimis eius rei Deum
 non esse authorem, ut a quo iam inde ab initio nil nisi bonum profiscitur. Imo deprehendemus ibi diabolum quia
 dem illius zizani satorem esse, sed tamen per nostram negligētiā. Hinc occasione nacti cum nobis ipsi expositus
 labimus, & coram Deo nos accusabimus.

Secundō, vehementer nobis displicere debet quicquid in ecclesia prauum est, animumq; nostrum discruciare, nō propter temporale disp̄edium, quod interdum ex eo facimus, 2. Cor. 13:3
 quodq; nonnulli solum solent, sed quod nomen Dei per id prophaniā est, ecclesia & christianitas labefactata &
 et homines corpore simili & anima pereat: Hunc in modū
 Paulo displicebat zizanī quod inter Corinthios reperie:
2. Cor. 13:3
 bat, imo vehemēter animo discruciatatur. Timéo (inquit) „
 ne forte cum venero nō quales volo inueniam vos: ne for: „
 tē contentiones, emulationes, animositates, dissensiones,
 detractiones, susurrationes &c. inter vos sint, ne iterum hu-
 miliet me Deus apud vos & lugēam multos ex iis qui antē
 peccauerunt, & non egerant penitentiam super immundici-
 tia quam gesserunt. Sic etiam ad Philippienses queritur de Phil. 3:
 zizanio, quod diabolus sparserat. Multi (inquit) ambulāt, „
 quos sāpe dicebam vobis, nunc autem & siens dico inimi- „
 cos crucis Christi. Ita quoque nobis displicere debet, quic- „
 quid purum non est in ecclesia.

Tertiō, Deo id queri debemus, qui verus paterfamilias Psal. 73:
 est, vt Dauid. Vt quid Deus (inquit) repulisti in finem: ira- „
 tus est furor tuus super oves pascuae tuæ? Visquequo Deus „
 improberabit inimicus, irritat aduersarius nomen tuum in fi- „
 mem? Vt quid auertis manus, & dexteram tuam de medio si- „
 mu tuo in finē? Quanta malignatus est inimicus in sancto? „
 &c. Memor esto cōgregationis, quā possedisti ab initio &c. Psal. 73:
 Et rursus: Deus venerunt gentes in hereditatē tuā, polluer- „
 ent templō sanctum tuū &c. Visquequo Domine irasceris „
 in finem, accendetur velut ignis zelus tuus? Ne memineris „
 iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent nos „
 misericordiae tuae, quia pauperes facti sumus nimis. Vide „
 hoc pacto querebatur Dauid Deo tanquam verō patria- „
 milias, si quando quid indigni in domo & populo Dei vī- „
 degret. Interim tamē ingenuē cōsibebatur eam pestē illis ob-

POSTILLA F. IOAN. FERI

plerorum peccata obuenire. Id ipsum & nos facere debemus.
Deo queri, quod tantum zizaniorum in ecclesia & christianitate sit, & tamen confiteri nostra id culpa accidere. Et qui
hoc modo ecclesia calamitate non tangitur, non est ver
Christianus, sicuti (heu) plurimos inuenias, quos nihil mo
uet, quicquid in ecclesia vel recte vel secus geratur, modo
illorum questui nihil decedat. At hi serui in euangelio,
quamorū accurrunt & queruntur dño suo de vito semi
nis. Quartio etiam Deum Opt. Max. rogare debemus, ut
ecclesiam suam & christianitatem purgare dignetur ab om
nibus erroribus & zizaniis & mittere fideles operarios in
ipsius messem. Postremo quilibet christianus tanto in posterū
vigilantior esse debet. Si aduersarius noster nunquam non
peruigil in nostrū exitium excubat, certè neq; nos otio ad
dictos esse oportebit. Quo violentius in sanctæ christianita
tis perniciem fertur, hoc magis bonarū rerum studio inten
ti esse debemus. Non vulgus hominū imitari nos oportet,
qui manus pedesq; remittunt, neq; opere quicq; adhibere
cogitant, donec ipso progressu temporis in melius omnia
mutentur: ceterū inique factum est, pro nostris etiam parti
bus ad laborem necessum est, si nequimus zizanium fine
tritici detrimento penitus tollere, saltem hoc agamus no
stra sedulitate & cura, ne diabolus zizaniū zizaniō cumula
re perget. Satis iam plus satis optimi fratre, satum est ma
lorum. Christus ipse ait non posse totum euelli donec ve

Mat. 19.

Лит. кн.

Mat. x3.

minis angelos suos, & colliger de regno eius omnia scada:
la, & eos qui faciunt iniquitatē & mittent eos in caminum
ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt
sicut sol in regno patris eorum. Hæc est consummatio sæculi
Quod Christus bonum semen euangelice doctrinae se-
minauit, ecclesiæ primordium & velut protasis fuit, quod
inimicus zizaniū admiscet & serui hoc patris familiās que-
runtur, etiamnum fit & est epitalis. Catastrophe seu finis
erit extrellum Dei iudicium, ibi ager zizaniis & sanctæ ec-
clesiæ Dei omnibus scandalis purgabitur, ut nihil confu-
sum & impurum in ea relinquitur, & non solū omnia san-
dala de regno suo colligi finet, verum etiam eos qui faciunt
iniquitatem & offendiculorum materiam subministrat. Atq;
hoc ii maximè ad animum suum reuocare debent, qui fas-
tæ ecclesiæ offendiculo sunt, faciunt ut nomen Dei tam
quid Iudeos quam apud gentes iniquis modis traducatur,
abutus;

abutuntur euangelica doctrina & sanctissimis sacramentis simplicibus & infirmis mali occasionē præbent. Mittet (inquit Christus) eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol. Primo nancixū nihil in eis nigroris residet. Secundo splendebunt, ac niture quodā admirabilī eximū apparebunt: nam hic nullius existimationis sunt, q̄ diu sub cruce ingemiscunt. Illic autem ab omni malo liberabuntur: absterger enim Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Nunc nō habentur pro filiis dei, sed tum omnibus palam fieri, vt Ioannes ait: Filiū dei sumus & nondum apparuit quid erimus. Tertio splendebunt non sicut Luna, cuius lux vicissitudine quadam crescit ac deficit, sed sicut Sol cuius lux perpetua est & nunquam cefat. Ita enim gratia dei fulti cōfirmatiq; sunt, vt eos casum aliquem timere nō sit amplius necesse. Atq; ita nobis in hodierno euangelio initium, progressus, & consummatio sanctae ecclesiæ demonstratur. Id quod vnuſquisque Christus natus sedulò perpendat.

*Apoc. 21.**x. Ioan. 3.*

TERTIVS SERMO

Docet, quid in hoc Euangelio considerandum sit.

IN hoc euangelio Christus suo ipius exemplo docuit ac ostendit, fidelis doctoris officium esse, non modò discipulos suos adhortari ad id, quod bonum & salutare est, verum etiam monere eos, vt sibi caueant ab eo, quod malum, pernicioſum, & periculōſum est, maxime in rebus spiritualibus: nam ibi aut de vita ac salute æterna agitur, aut de supplicio nunquam finiendo. Proinde quoque Paulus ultima vice Epheso soluturus testabatur se nihil eorum omisſe, quod ad ipsorum salutem pertineret, horrens deinde ac monens illos sollicitè, vt sibi cauerent diligenter: venturos enim ac exorituros impostores, &c. Præstiterit hoc multo melius C H R I S T V S in isto euangelio, & quo fidelior ac diligentior erat in docendo, hoc audidores ac impigritores erant apostoli ad audiendum & interrogādum, si quid minus intelligebant, vt in isto euangelio videre est, quod ipsi metu rogabant Christum, quid sibi per parabolæ istius inuolucra vellet. Nec dedignatur ipse Christus illis interpretari. Quoniam itaq; ab utraq; parte nihil deerat, neq; in Christo neq; in discipulis, sed quod diligentius singula sci scitabantur, hoc Christus lubetius eos instituebat, mirū nō est illos in omni rerum diuinarum sapiēria ita excellentes

Act. 20.

NN 3 eu2

POSTILLA F. IOAN. FERI

euafisse. Nobis paratum exemplū est, quod imitemur. Quod propter euangelīū istud aliquanto profundius indagabimus, nihil addubiantes Christū quoq; nobis intellectum nostrum aperturū, vt plenē diuinā ipsius voluntatē cognoscamus. Quando igitur hanc parabolā ac similitudinem nobis proponimus, duæ res illico fere nobis offerunt simul, bonitas Dei & malevolentia Satanae. Bonitas Dei apparet ex eo, quod Christus dicit in explanatione huius parabolae,

Mat. 13. Qui seminat bonum semen est filius hominis: bonum semen, hūi sunt filii regni. Et quomodo illos seminavit & bonum semen ex illis fecit, nisi per suū verbū? Voluntariè (inquit D. Iob) genuit nos verbo veritatis. Palam hic indicatur nos ex Adā seu natura malos nasci. Porro quemadmodum ager vtrō nisi injecto semine fructū nō fert, & etiā sua spōte quid exoritur, aut zizaniū est, aut licet fructus specie habeat, solis pecudibus pabulum esse potest. Ita quoq; filii Adam, nisi denuō de Christo renascantur, nūl nisi inutiles fructus ferunt. Et quanq; bonoris fructuum specie præ se ferant, quæadmodum multi ex ethniciis de virtutibus scripti sunt, & pleriq; illorū virritibus operā haud mediocrē naufrarunt, nihil tamen aliud est, q̄ res quædā inanis, homini gloriā pariens & probū eū reddens, sed corā mortalibus tantū, non corā Deo. Proinde Christus cœlitus venit seminatus boni semen in terris, vnde boni redde remur bonumq; frumentum ferremus. Hoc argumentum est diuinæ bonitatis.

Luc. 8. Contrā quoq; hoc euangelium nobis prodit improbum. Satanæ studium. Venit (inquit Christus) inimicus seminans zizanum inter triticum. Etenim diabolus non contentus est, vt aliquos ad manifestam diuinī verbi calumniam adiugat, sicuti Iudei & ethnici fecerunt faciuntq;, & vt non solum in iis, qui verbū Dei audiunt & accipiunt, fructū illius verbi impedit aut inanibus ac volatibus cogitationibus, aut externis persecutionibus, aut huius mundi curis, verū etiam quod peius adhuc est, bonum semen, quod facili solum committitur, corrīpiat, idq; per pseudapostolos, qui callida & fucata interpretatione cœlestem doctrinā ad suas prauas cupiditates & priuatū cōmodum flectunt ac torquent, malum bono miscentes, atq; hoc modo euangelici semen nobis insufficientes ac depravantes. Adeo diabolus indefesso studio satagit, quo verbum Dei intrugiferum nobis faciat, imo adeo diligenter homini Christiano opus est circumspektione curāq; ne aures præbeat falsis doctribus. Eripe me Domine,

Domine (inquit David) ab homine malo, à viro iniquo eri
pe me. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspi-
dum sub labiis eorum. Qui cogitauerunt supplantare gref-
sus meos absconderunt superbi laqueum mihi, &c. Simili-
quoque studio diabolus in nobis bona opera conatur dis-
perdere: & sicubi operi obstare non potest, hoc tamen agit,
vt animi opinione vitiet. Hinc multiplices proborum ho-
minum questus & gemitus, vt cùm David ait: Persecutus Psal. 139
est inimicus anima meam, humiliavit in terra vitam meam,
collocavit me in obscuris seculi. Et rursus: Usquequo obli-
pisceris me in finem? Usquequo auertis faciem tuam a me?
Quandiu ponam consilia in anima mea! Usquequo exal-
tabitur inimicus meus super me? &c. Et Paulus: In scilicet Rom. 7.
ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? &c.
Hoc pacto in isto euangelio detegitur nobis bonitas Dei
simil & malitia Satanae.

Deinde vero nobis in hac parabola mudi quoque cursus
demonstratur: nimis quod Deus tantum boni seminis
non posset seminare, quin tantundem zizaniorum admis-
secat diabolus, ita ut mundo stante sperandum non sit rem
eo reditura, vt nulli mali homines inueniantur. Imò quæads
modum in agro semper plus zizaniorum, straminis & paleæ
est, quam tritici, ita in mudo semper maior pars vincit me-
liorem. Nunquam nō ira deprehensum est. Etenim diluui
tempore non plures octo personis reperiabantur, quos Deus
sua misericordia dignos iudicabat. In Sodoma ne decem
quidē iusti homines erant, imò non nisi Loth cum duabus
suis filiabus. Post diluvium ad idolorum cultum prolabe-
bantur, excepto unico genere Abraham, nec in hoc tamē ge-
nere malorum numerus honorum numerum nō superabat.
Id quod Prophetæ continuè deplorabant. Saluum me fac Psal. 11.
(inquit David) quoniam defecit sanctus, quoniā diminutæ
sunt veritates à filiis hominum. Helias querebatur dicens: Gen. 19.
Hier. 9.
Prophetas tuos Domine occiderunt gladio & derelictus
sum ego solus, & querunt animam meam vt auferant eam. Ibidem.
Hieremias lametatur inquiens: Quis dabit capiti meo aqua,
& oculis meis fontem lachrymarū, & plorabo die ac nocte
interfectos filiæ populi mei? Quis dabit me in solitudine
diuersorum viatorū: & derelinquam populum meū, & rece-
dam ab eis: quia oes adulteri sunt, & corts prævaricatorū.
Michæas queritur sibi accidere quod solet illi, qui colligit
in Autuno racemos vindemiat, vix hic illic bottū reperiēt.
Mich. 5.

Talis

POSTILLA F. IOAN. FERI

Talis, inquit, factus sum & ego. Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est: omnes in sanguine infidian: tur, vit fratrem suum ad mortem venatur, &c. Esatas ait: Si fuerit populus tuus Israël quasi arena maris reliquæ con: uertentur ex eo. Talis mundi cursus est, in agro zizani: tritico semper admixtū est, & plerunḡ plus zizani: quā tritici inuenias.

Esa. 10.

Id eō nobis in hoc euangelio indicatur, vt fortis patien: tisq; animo simus, si malorum consortium vitari nō potest, cogimurq; videre eos vires acquirere, & plus zizaniorum quām boni seminis propagari. Tempus huius vite aliter fert. Ante messem neq; zizaniū à bono semine, neque p: lea à tritico separabitur. Proinde quoquo te vertis, cogita te in mundo agere, semperq; obuersari oculis tuis quod dis: plicear. Idipsum de verbo dei asseuerare possum, q; dubio procul bonum semen est, ex quo nihil nō boni prouenit ac nascitur. Non est, quod quisquam speret eō rem peruentu: ram donec steterit mundus, vt verbum dei solum regnet in mundo. Nō diabolus semper sua ingerit mendacia: idq; iam inde ab intio fecit, ne cum etiam facere desinit, & faciet usque ad consummationem seculi, cū illi demum po: testas auferetur, & ipse in profunda tartara precipitabitur. Tanquam Satanás enim & aduersarius, verbum Dei pati, tanquam mendax veritatem sustinere, tanquam scleratus & qui tenebras amat, lucē perfere non potest. Omnis enim qui malè agit, odit lucē. Quapropter hæc cū nos fugiāt, non debemus terreri, si errores & hæreses exoriantur, sed bono semini diuini verbi tanto tenacius hærere ac inniti. Oportet hæreses esse (inquit Paulus) ut & q; probati sunt, manifesti fiant in vobis. Nam tamen si bonum semen à ziza niis impeditur non nihil, tanto tamen sit splendidius, si ad illa conferas. Sic itaque mundi etiam cursus in hoc euan: gelio demonstratus nobis est.

Ioan. 3.

2. Cor. 12.

Ioan. 16

Tertio quod in parabola ista peculiariter dictum est ini: micum venisse hominibus dormientibus, &c. evidenter no: bis indicatur diabolum non interdiu, sed intempesta no: cte, hoc est, nō aperto Marte, sed cuniculis quibusdam sus: fraudis nos inuadere. Transfigurat se in angelum lucis, ne possis eum agnoscere. Sic olim instigabat Iudeos & Eth: nicos aduersus Christum, sed ita teste, vt putarent se obse: quium præstare Deo. Eoq; Paulus de suis Iudeis dicit: Te: stimoniū perhibeo illis quod æmulationem quidem Dei habent,

habent, sed non secundum scientiam. Sic etiam nunc pessimā induit & verbo Dei palliatus est, ita ut dignoscī non possit, at vero interī nos in omnes errores & iricas inexplicabiles ducit. Hoc modo nō raro sub boni imagine nos in omnigena peccata trahit, ad auaritiam, ad vñram nos illectat, &c. sed sub prouidentiæ obtenuit: ad superbia, sub titulo honoris nostri ac dignitatis tuenda: ad luxum & crapulam, sub specie christiana libertatis, &c. Hac ratione hostis non diurno, sed nocturno tempore venit. Et quanta nota cognoscitur! Cum creuisset herba, & fructum fecister, inquit C H R I S T V S, tūc apparuerunt & zizania: quando adulterina doctrina ad sacram scripturam adhuc betur, cuncte ea componitur, tum error appetit. Sola namque scriptura sacra in sensu, quem sancta, communis, christiana ecclesia inde expromit, regula & amissis est veritatis: & quicquid ad illam non quadrat aut adaptari potest, indubie zizanum & error est, habens foris speciem quamlibet egregiam. Qui nō est mecum (inquit C H R I S T V S) contra me est.

Quarto quoque in ista parabola nostra negligentia notatur, præcipue in eo verbo, quod Christus dicit hominibus dormientibus. Dormire enim nihil aliud est, q̄ segnē ac desideriū esse, neq; Dei neque rerum divinarum habere cum. Ut igitur ex ebrietate generatur sopor: ita nostra in rebus diuinis prouenit negligentia ex nimia rerum corporalium sollicitudine, quibus toto pectori affixi sumus, nec sinimus nos illinc ullo modo auelli. Hæc inquam res spiritualiter nobis inducit somnum, vt rerum coelestium oblitis nobis penitus neque nostra salus, neque officium, neq; vocatio in mentem veniat. Idq; deinde diabolo viam & locum dat seminandi suum zizanum, veluti Salomon sapientia principes ait. Per agrum hominis pigri transiui, & omnia operuerant spinæ, quasi dicat: Ex segnicie & negligentia hominum sit, vt omnifaria spinæ, tribuli, sentes ac zizania in ecclesia proueniant ac nascantur. Vnde talis nostra incuria passim in scripturis carpit & damnatur. Ut cum dicit Salomon: Usque quo piger dormies? Et rursus: Usque quo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea que sibi sunt noxia cupient? Et David: Filii hominum usque quo graui corde? Ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?

Quinto, in hac quoque parabola ostenditur, cur Deus diabolo

Luc. 18.

Prov. 24.

Prov. 6.

Prov. 1.

Psal. 4.

POSTILLA F. IOAN. FERI

diabolo tantum permittat, & zizanum illius tanto tempore patiarur. Cupiunt servi zizanum & quicquid Deo iniurium est, quād p̄mū quellere quemadmodum & Iō

Apoc. 6. annes ait animas intersectorum propter verbum Dei clāmare, V̄quequo domine non iudicas & non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra? Sed hoc responsiū accipit, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui & fratres eorum. Ita hic quo: que servi ad dominum: Domine, inquit, vis & colligimus zizanum? Verum C H R I S T V S illis respondet. Sinite, in: quiens, utraque crescere usq; ad messem. Quod tamen non ita accipiendo est, quasi ad omnia tacendū sit quasi nullum malum puniendum, prohibendumve, & omnibus flagitiis locus sit dandus, &c. Minime: non est h̄c Christi sententia, sed subindicat nobis ante extremum diem nunquam malum radicis extirpatumiri: & præterea innuit nunc esse tempus misericordia & nō iudicii. Filius hominis, inquit, non venit animas perdere, sed saluare. Tertio etiam docere nos voluit per hoc, modestam discretionem adhibēdam esse in euellendis zizaniis. Non debet fieri ex vindicta cūpiditate, sed ex candido zelo & amore, vt Paulus docet. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, confidētans te ipsum, ne & tu tenteris. Deinde non præceps esse debet zizaniorum euulsio, priusquam videatur ver zizania sint nec ne. Tertio, bono semini parendū est, yu enim venire potest, vt is qui modū zizanum est, in triticum versatur. Et hic iam Augustinus verē dixisse reprehenditur, malos vivere propterea, vt aut ad meliore frugē redeant aut vt per illos boni exerceantur.

Quare C H R I S T V S hoc verbo (sinite utrāq; crescere) nullo modo magistratu inhibuit, ne in scelerā animaduerat, sed docuit duntaxat, nobis ex plebe gladio vti fas non esse. Qua in re quoq; suam erga improbos bonitatem declarauit, quod illos cum suo iudicio nō obtulit p̄fessiū, sed tollerat, lenitate ac māsuetudine operitur, vt respicat, tempus & morā illis concedit paenitendi, vti Paulus ait.

Rom. 12. Ignoras, d̄ homo, quoniam benignitas Dei ad paenitentiam te adducit! Docemut itaq; hinc patienter ferre, quod corrigerē nō possumus, Deoq; committere, qui iudic̄ diem indicit, in quo nullum malum impunitum dimittet, & omnia in lucem proferset, quæ nunc abdita sunt. In tempore missis

mesis (inquit C H R I S T U S) dicā messoribus, colligite pri-
mum zizania, & alligate ea in fasciculos ad cōbūrēndū.
Impius enim ad diem mālū differtur. Et tota impiorum
cohors nihil aliud est, quām veluti g̃rex quidam pecotis,
ad victimā & occisionē destinati. Quo impli fortuna
magis propria vtūntur, hoc eos seuerius manet suppliciū.
Quare singularis beneficī loco duci debet, si Deus homi-
ni penam non prorogat ac differt, sed mox & in hoc sae-
culo penam de eo sumit. Ne arbitris igitur iudicium dei
effugisse, si te laute habes in peccatis tuis. Ne dixeris, pecca-
ui, & quid accidit mihi triste? Altissimus enim est patiens
redditor. Ne dicas, miserationē domini magna est, multirue
dinis peccatorū mērorum miserebitur. Misericordia enim,
& ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius.
Non tardes cōuerti ad dominum, & ne differas de die
in diem: subītū enim veniet ira illius, & in tempore vindic-
ēt̄ disperdet te. Summa, si zizaniū es in agro Dei, fac tri-
ticum sias. Etenim sententia lata est. Mittet filius hominis
angeli suos, & colligent de regno eius omnia scandała et
eos qui faciūt iniquitatē: & mittent eos in caminū ignis.
Ibi erit fletus & stridor dentium. Deus Opt. Max. faxit, ve
id diligenter perpendamus.

*Prov. 16.**Hier. 21.**2. Mach. 6.**Eccl. 5.**Mat. 13.*

Dominica sexta

POST EPIPHANIAM EVAN-
gelium Matth. XI.

In illo tempore respondēt̄ Iesu dixit, Confitebor tibi
pater Domine cœli & terre, quia abscondisti hēc à san-
ctis & prudentib⁹, & reuelasti ea parvulis. Ita
pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihē
tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater
neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filium
reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati
estis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos,
& discite à me quia mītis sum & humilis cord⁹: & inues-
tītis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave
est, & onus meum leue.

DOMI.